

† Anno Ab Incarnatione domini nostri Iesu christi.
Millesimo. Trecentesimo. quarto. Regnante domino nostro
Karolo secundo *etc.* Regnorum eius anno Mense.
februarii die primo eiusdem. Secunde. Indictionis apud
Tranum. Nos Taddeus et Iohannes de fontana Trani Re-
gales Iudices. Marinus publicus eiusdem Terre Notarius.
et subscripti testes de eadem terra *etc.* testamur, quod
dum inter Reverendum in christo patrem, et dominum. O-
[donem] dei gratia Tranensem Archiepiscopum, et Capitu-
lum dicte Maioris Tranensis Ecclesie, nomine et pro parte
eiusdem ecclesie ex parte una. et Abbatem Iohannem de
roma Archipresbiterum Ecclesie Sancte Marie de Barolo,
et Capitulum dicte Ecclesie, ex alia. Lix. questio. seu con-
troversia, orta esset. super eo videlicet quod dictus domi-
nus Archiepiscopus, et Capitulum dicte tamen Ecclesie,
petebat, et petere intendebat, a domino Archipresbitero et
Capitulo dicte maioris barolitane ecclesie, et a dicta Ec-
clesia. quartam partem mortuorum, quam ad se, nomine,
et pro parte ipsius tranensis ecclesie, Iure Episcopali per-
tinere dicebat, ad quam solvendam Idem Archipresbiter,
et capitulum dicte Barolensis ecclesie, se prorsus affere-
bant exemptos, et aliquatenus non teneri. nec eundem
Archiepiscopum seu predecessores suos, ab eodem Archi-
presbitero seu predecessoribus suis aliquo tempore de dicta
quarta parte aliquid percepisse, seu questionem movisse.
nec non de quarta quam fratres minores predicatores, et
heremite, de barolo solvere tenentur, et debent de relictis
eorum ecclesiis. ex decedentium testamentis iuxta ordina-
tionem bone memorie domini Bonifacii pape octavi. quam
quartam partem dictus dominus Archiepiscopus, et Capi-
tulum ratione dicte sue tranensis ecclesie sub cuius dyo-
cesi dicta terra Baroli consistit, ad se, pertinere dicebat et
sibi de Iure deberi. Et e converso dictus Archipresbiter et
Capitulum, dicte maioris barolitane ecclesie, ratione dicte
ecclesie, asserebat, atque dicebat, ad se de Iure spectare